

nequaquam derogari volumus, sed secundum tenorem aliarum literarum nostrarum dicta Civitati prius superinde à Nobis concessarum inviolabiliter observari presentium serie decernimus, Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediare. Datum Buda feria quarta proxima post festum beati Viti Martiris Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo quinto Regnorum nostrorum Hungarie quinto, Bohemiae verò vicefimo quarto.

108.

Regis Vladislai Privilegium
de confectione Testamentorum
coram duobus à Consulatibus et
Notario aut etiam duobus
Civibus Anno 1496. orig.

Vladislaus Dei gratia Hungariae
Bohemiae, Dalmaciae, Croatiae etc.
Lex, Marchio Moraviae, Sucev-
burgensis et Slesia Dux, Marchio